Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 85.

Cod. XLVIII.

Chartac. Fol. Sec. 15. 1. 4.13.

Bern. Gordonij Liber de conservatione vitæ humanæ.

Ejusdem Bern. Gordonii liber de conservatione vitæ humanæ. Incip. " Secundum intentionem Aristotelis " primo Ethic. vita humana est triplex." Nulla quidem in nostro codice fit mentio Authoris; passim tamen adscribitur Gordonio, et in Biblioth. Taurinensi T. 2. p. 288. asservatur Ms. expresso Bern. de Gordonio nomine. Coeterum vid. Fabric. et Merklin. locc. citt.

Cod. XLIX.

Chartac. Fol. Sec. 15. 1. 4.14.

Opera in eo contenta sunt:

1.

Jo. Gerson. de vita Spirit. animæ. etc. 1a–37a

Jo. Gersonis tractatus de vita spirituali animæ. Incip. " Ego vos baptisavi aqua". Fol. 1. – 30. Praecedit Epistola dedicatoria ad Episcopum Cameracensem Gersonis in Theologia magistrum. Ejusdem Tractatus de discretione Spirituum. Incip. " Probate spiritus si ex Deo sunt". Huic additus est tractatus de remediis tentationum, qui incip. " Ad honorem Dei dicam aliqua remedia." Fol. 32–97.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 86.

2.

Henr. de Hassia Tract. de Confessione.

(a) Vide etiam infra Cod. CCXXXIII. n. 9.

38a–40b

Henrici de Hassia (de Langenstain) tractatus de confessione. Incip. "Tibi dabo claves regni coelorum." Hunc adducit Apfaltrer Script. univ. Vien. p. 43. ex Possevino. Fol. 38. – 51. (a)

Henricus de Hassia senior, cognomento de Langenstein, Magister in Theologia et vice-Cancellarius Parisiensis, inde Canonicus Wormatiensis, denique ab Alberto, Duce Austriae, vocatus Theologiam docuit Viennae Austriae ab ao 1384. usque ad 1397. quo diem supremum obiit: Carthusianis vel Augustinianis perperam a nonnullis accensitur. Vid. Trithem. de Script. eccl. c. 684. Bern. Pez, Dissert. Isag. ad Tom. 2. anecdot. p. 74. Oudin. T. 3. p. 1252. Fabric. Bibl. m. et inf. lat. T. 3. p. 216. et quos citat.

3.

Jo. Gerson: opus Tripartitum.

40b – 61b

Jo. Gersonis opus Tripartitum. Incip. "Christiani "tati suus qualiscunque Zelator: vid. cod. XXXVI. n. 6. Fol. 51. – 61.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 87.

Jo. Wikleffii et Hussii Articuli.
61b–62a

4.

"45 Articuli Johannis Wikleff et Huss, contra quos militant "fides et veritas." Incip. Substantia panis materialis &c. Fol. 61. pag. aversa. vid. Coletum T. 16. col. 120.

Quaestio de salvo conductu haereticis praestando.
62a–62b

5.

Quaestio de salvo conductu. Incip. "Utrum alicui liceat dare haeretico salvum conductum sub spe, ut convincat ipsum ab errore, putans ipsum alias non venturum." Fol. 62.

Joan. Parvi assertiones.
62b–63b

6.

Joannis Parvi (Petit) propositiones cum earum damnatione. Incip. "Assertiones contentae in propositionibus defuncti magistri Johannis Parvi et forma condemnationis earundem". Fol. 62. p. av. – 63. Vid opp. Jo. Gerson. T. 5. p. 327. col. 1. item pag. 706.

J. Gers. de Simonia.
63b–66a

7.

Tractatus de Simonia cancellarii Parisiensis (Gersonis). Incipit: "Super materiam simoniacae labis." Fol. 63. p. av. – 65.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 88.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 89.

Ejusdem de potestate ecclesiastica. 66a – 80a

8.

"Tractatus magistri Joannis Gerson Cancellarii Parisiensis de potestate ecclesiastica et de origine juris "et legum". Ita titulus; incipit: "Prohemium quod ex"pedit inquirere de ecclesiastica potestate". Fol. 66. – 80.

Sentent. contra Joan. Parvi. 80b – 84a

9.

Sententia lata contra propositionem Joannis Parvi de tyranicidio, hoc titulo." Sequitur casus brevis "Sententiae latae Parisiis contra propositionem ma"gistri Joannis parvi, quam intitulavit Justificatio"nem Ducis Burgundiae". Narrantur breviter, quae circa hoc negotium in concilio Parisiensi gesta sunt; quibus sententia damnationis a Jo. Gersonio edita subjuncta est. Incipit: "Coram vobis Reverendiss. patribus" etc. Fol. 80. p. av. – 85.

Jo. Gerson. Tractatus de arte audiendi confess. 85a – 88b

10.

Jo. Gersonii Tractatus de arte audiendi confessiones. Incip. "Etsi virtus, quam assuefactio gignit, certius, quam ars operetur." Fol. 86. – 88.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 90.

Ejusdem de theologia mystica. 88b – 99a	11. Ejusdem Tract. de Theologia mystica, seu vita contemplativa practice considerata. Incipit: "Tractanter in lectionibus nostris." Fol. 88. – 99.
Ejusdem de remediis cont. recidiv. peccandi. 99a – 100b	12. Ejusdem Tract. de remediis contra recidivum peccandi a confessoribus dandis. Incipit: "Habet hoc proprium ars quelibet." Fol. 99. et 100.
Ejusdem de pollutione. 100b – 106a	13. Ejusdem Tract. de pollutionibus. Incip: "Dubitatum est apud me frequenter." Fol. 101. – 106.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 91.

Matth. de Cracovia, seu Joan. de Deo Tract. de Confess.

106a–117b

14.

Matthæi de Cracovia, vel secundum alios, Joannis de Deo Tractatus de Confessione. Incip. "Quoniam fundamentum et janua virtutum". Fol. 106. – 117. Not. ab aliis authoribus aliis tribuitur; a Trithemio S. Thomæ, quod tamen Quetif negat. A Gersone vero S. Bonaventuræ adscribitur, cui editores Seraphici adstipulantur. Ita W. M. Codex autem noster ms. CXII. expressis verbis Matthæo de Cracovia adjudicat. Exstat inter opera Thomæ aq. Paris. 1660. fol. T. XX. p. 435. Legantur etiam, quæ habet Bened. a Cavalesio in Prodromo ad Opp. S. Bonaventuræ Col. 549.

Jo. Gerson. Instruct. de visit. Cleri.

117b–121a

15.

Jo. Gersonii instructio de visitatione Cleri. Incip. "~~Qui volunt divites fieri". vid. Cod~~ Ad laudem Dei "et ædificationem populi Xtiani". Fol. 117.–120.

Ejusdem de Contractibus.

121a–135b

16.

Ejusdem Tractatus de Contractibus. Incip. "Qui volunt divites fieri". vid. Cod. XXXVI. n. 5. in cod. nostro, a Fol. 121. – 136.

Jo. de Imola consilium.

135b

Huic operi adjectum est consilium Joan. de Imola J. U. Doctoris contrarium consilio Gersonii, addito anno 1429.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 92.

Matthaei de Cracovia Dialog. ration. et conscientiae. 135b–145b	17. Matthaei de Cracovia Dialogus rationis et conscientiae de Eucharistiae sumptione. Fol. 136. – 146. In aliis Mss. inscribitur: Conflictus rationis et vel: de celebratione Missae frequent. v. omittenda, et Incip. "Multorum tam Clericorum quam Laicorum querela est." Fabr. Bibl. med. et inf. Lat. T. V. p. 48. et quos ibi adsert.
Jo. Gerson. Tract. de Oratione. 146a–155a	18. Jo. Gersonii Tractatus de Oratione. titulus est: "Incipit tractatus egregii Doctoris Joannis Gerson. "Cancell. Parisiens. de Oratione et suo valore con "tinuatione et intentione super pluribus consi "derationibus Et incipit prima pars et manuduc "tio et ipsius Considerationes ostendens proprie per "tinere ad monachi vocationem et professionem "Orationi insistere In qua qualis esse debeat ip "sum instruit, Scriptus Constantiae anno 1416." Initium est: " Oportet semper orare et non defi cere". Fol. 146. – 155.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 93.

Ejusdem de Puella aurelian.

155a – 157b

19.

Ejusdem Tract. de victoria puellæ Aurelianensis. Titulum in fronte præfert: " basiliæ año 1833 "/1433/ mensis Septembris Lugduni. 1829 /1429/ die " 18 /14/ may i vigilia pentecostis. post signu hitu " aurelianis i de pulsione obsidionis anglicane actum " aut est a famosissio et solempnissimo sacre Theoe pfes- " sore Mgro Jote Gerson Canclo parisien. sup facto " puelle et credulite sibi pstanda." Incipit: " Presuppo- " nendum est in primis." Perperam Gersoni adscribi- tur. In Calce legitur: " Finitur Tractatus, contra " quem replicant sequentia etc. Ex precedentibus " pauca ad laudem Dei omnipotentis etc". Has Re- plicas in edit. opp. Gers. Antwerp. 1706. Fol. non deprehendi, licet ipse Tractatus T. 4. columna 864. occurrat. In cod. nostro: Fol. 155. – 157.

Ejusdem Dyalogus de perfect. cordis.

157b – 165a

20.

Ejusdem Dyalogus de perfectione cordis. Titulus sonat: " Dyalogus de perfectione cordis Magistri " Joanis Gerson Cancl. parisiens. et Theologiæ pro- " fessoris Compilatus Lugduni anno 1423. Incip. " Theologus loquitur ad animam Xtianam. Dili- " ges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo". a Fol. 158. – 165.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 94.

Ejusdem Regula seu Veritates moral.

165a – 182b

21.

Ejusdem Regula, seu veritates morales, hoc titulo: "Sequuntur Conclusiones de diversis materiis moralibus "utiles valde proposita per Magist. Jo. Gerson" etc. Prologus incipit: "Agamus nunc interim, quod natu"ra et imitatrix naturæ ars solent." Opus ipsum: "Ea quæ præcepit Deus cogita semper." Fol. 165. - 183.

Ejusdem de Comun. sub utraque.

183a – 188a

22.

Ejusdem Tractatus de Comunione sub utraque Specie. Titulus: "Sequitur Tractatus Cancella"rii Parisiensis factus contra hæreticos dicentes "de necessitate salutis esse recipere Sacramentum "sub utraque Specie." Incipit: "Oblaturus juxta "seniorum hujus sacri concilii etc." In fine legitur: "Explicit Tractatus adversus hæresim "novam de necessaria comunicatione laicorum "sub utraque specie raptim editus Constantiæ Anno "Dom. 1417. die 20. Augusti. Fol. 183. - 188.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 95.

Ejusdem de Protestationibus et Pertinacia.

188a – 195a

23.

Ejusdem Tractatus de Protestationibus circa materiam fidei, et de signis Pertinaciae. Incip." Protestatio seu revocatio generalis". In calce additum est: "Has interim considerationes duodecim posuisse "velut in transcursu sufficerit, 29. men. Octob. anno 1415. in civitate Costantiensi" etc. Fol. 188. – 195.

Ejusdem de veritatibus credendis, cum Corallariis.

195a – 199b

24.

Ejusdem Tractatus de veritatibus credendis necessitate salutis. Incipit: "Declaratio compendiosa". additus est annus 1416. Annexa sunt etiam Corollaria. vid. edit. opp. cit. T. I. p. 22. seq. In Ms. nostro Fol. 195. – 199.

Casus de anuo censu seu usura in emptione v. vendit.

199b – 202a

(a) aut Gwilerinus?

25.

Casus juridicus in negotio emptionis et venditionis cum responso Martini V. Pp. Casus incipit: "In quibusdam partibus mos est antiquus servatus etc." In fine additum est: "Reverendissimus in Xto pater "et Dominus Dominus Swilerinus (a) tunc Sancti "Marci presbyter Cardinalis a Dno nostro Martino "Pp. quinto requisitus ut in hac materia de usuris "scriberet et de questione predicta suam diceret "opinionem de ipsa respondit et promissa scripsit ut "superius anotantur". De hoc Cardinali altum ubique silentium. Responsi pontificii ad Archiepiscop.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 96.

Gneznensem et Lubucensem ad Olomucensem Episcopum directi initium est: "Martinus Epis. Servus servor. "et Regimini universalis ecclesia." In fine: "Datum "Romae apud Sanctos Apostolos vjo Non. July pontif. nri "año viij." Nullum ejus vestigium in Bullario magno Romano, nec in Bullar. et ampliss. collectione Caroli Cocquelinij.

26.

Caroli VI. Galliarum Reg. littera etc.

202a - 205a

Littera Regis /: Caroli VI. in gallia :/ super libertate Ecclesiarum Regni et Delphinatus quoad exactiones annatas et gravamina per papam imposita. Incipit: "Carolus Dei gratia etc. Universis et si dotari vel ditari novas ecclesias vel veteres opibus ampliare opus "est." Finitur: "Datum año cccc vj xviij Februarij." Adjecta sunt motiva aliquorum, Ecclesias non teneri ad solvendas añatas. Fol. 203. - 205.

27.

Sentent. Petri Cardin. Camerac. de Proposs. Jo. Parvi.

205a - 207b

Sententia Petri Cameracensis Cardinalis de propositionum damnatione Joañis Parvi. Incipit: "Ego Petrus Cardinalis Cameracensis tamquam "Doctor Theologus in testimonium veritatis re"quisitus dico." Hac Sententia cum sequentibus propositionibus spectant ad causam Joañis Parvi, de quo in hoc Ms. supra n. 6. egimus. Addita etiam est brevis quaedam avisatio Cancellarii ad Episcopum contra reservationem casuum, quae incipit: "Pontificali Dignitati suus qualiscunque Zelator" est Joh. Gersonii, et habetur in edit. cit. T. 2. p. 418.

Jo. Gers. de reservat. casuum epistola.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 97.

In cod. nost. hoc sunt Fol. 203. - 208.

28.

Jo. Gers. Sermones. 208a – 249b

Jo. Gersonii Sermones varii. 1mus incipit: "Bonus
"Pastor animam suam dat pro ovibus suis." 2dus:
"Aestimo me beatum apud te o Sacro sanctum
"Constant. Concilium." 3tius: "Oportet hereses esse".
"4tus: "Prosperum iter." 5tus: "Ille vos docebit."
"6tus: "Jacob genuit Joseph." 7mus: "Obsecro vos
"tanquam advenas et peregrinos;" hac inscriptione:
"Finitus año Domini 1415. quando fuerunt proces-
siones Concilii Generalis etc. Fol. 208. - 249.

29.

Sermon Petri Card. Camerac. 250a – 269a

Sermones Petri Cardin. Cameracensis; 1mus de
S. Francisco, qui incipit: Quicunque hanc re-
"gulam secuti fuerint, pax super illos etc." Verba
hoc" etc. 2dus de necessitate ecclesiastica refor-
mationis, incip. "Ad Christi laudem". 3tius de om-
nibus Sanctis, incip." Signum magnum apparuit" etc.
"Hoc mulier" etc. 4tus de S. Ludovico ord. Min.
incip: "Euge serve bone" etc." Ad laudem Sancti et bea-
"tissimi confess. atque Pontif. Ludovici" etc.
Ad calcem hujus sermonis adjecta sunt nonnulla
assertiones Theologorum in conc. Constant. pro-
posita. Fol. 250. - 269.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 98.

Jo. Gerson. Tract. de Schismate.

270a – 271b

30.

Jo. Gersonii Tractatus de Schismate. Incip: "Ad tollendum quorumdam in Schismate praesenti pertinaciam." In fine leguntur haec:

Fac pacem Christe
Dicit Tractatulus iste
Disputat atque pia
Media hic esto Maria
Pastor aeterne Deus
Grex balat ad te reus
Ergo causa tui
Nunc miserere tui.

Fol. 270. – 271.

Ejusdem de auctoritate concilii sine consensu R. Pontif.

272 – 278b

31.

Ejusdem Tractatus de auctoritate congregationis fidelium Universalem Ecclesiam repraesentantium sine consensu summi Pontificis. Incip: "In sequenti opere ad videndum." Fol. 272. – 275.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 99.

32.

Matth. de Cracoria de Contractibus.
280a - 312a

Matthaei de Cracoria tractatus de Contractibus. Incip: "De translatione rerum temporalium ab uno "homine ad alium". Fol. 280. - 312.
Titulus fronti hujus Ms. prefixus a Bibliopego rescissus est usque ad verba: Qui fuit Doctor Heidelbergensis et Episcopus Spirensis. vid. Fabric. supra n. 17. citat. ibi Matthaeum Wormatiae Episcopum fuisse dicit.

33.

Ejusdem de Conscientia.
316a - 323b

Ejusdem Tractatus de Conscientia. Ita in superiori margine codicis nostri inscribitur. Incip: "Secundum Sanctorum patrum somnia." Matthaeum de Cracoria tractatum exarasse de Conscientia nullus Eruditorum asserit. Fortassis hic idem est cum eo, qui aliis de celebratione Missae, aliis de modo celebrandi seu recipiendi Sacram Eucharistiam audit. Fol. 316. - 323.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 100.

Joan. de Turre cremata flores collecti ex sũma S. Th. Aquin. de auctte Sum. Pontif.

324a–335b

34.

Flores collecti ex Sũma S. Thome de Aquino de auctoritate Sũm. Pontificis. Auctor et Scopus et occasio hujus collectionis patescunt tum ex praefatione tum ex fine. Incipit.
„Mandastis Reverendissime Pater et Domine praestan-
„tissime Domine Juliane Dignissime Presbyter Car-
„dinalis, ut ea, que de Sumi Pontificis potestate
„gloriosus Doctor Sanctus Thomas de Aquino sparsim
„ponit in suis operibus, in unum colligerem trac-
„tatulum, in quo pro nascentibus difficultatibus
„circa Romani Pontificis singularem auctoritatem
„Reverendissima paternitas vestra posset sine laborio-
„sa multorum revolutione librorum hujus splendi-
„dissimi Doctoris adjuramentum habere sententias."
In fine additur: "Expliciunt flores Sũmarum
„beati Thome de Aquino de auctoritate Sũmi Pon-
„tificis collecti per Magistrum Johañem de Turre-
„cremata in concilio Basiliensi Anno Domini
„MCCCXXXVII ordinis Praedicatorum Sacri Pala-
„tii apostolici magistrum. Hoc sunt Pater Reve-
„rendissime, que ego vester humilis Capellanus Fr.
„Johañes de Turrecremata natione Hispanus ex
„libris beatissimi Doctoris Thome de Aquino jus-
„su vestre Reverendissime Paternitatis de aucto-
„ritate Sũmi Pontificis collegi. Que etsi minus
„integre collecta sunt, Dominatio vestra gratui-
„ter suscipere dignetur." Fol. 324. – 335.
De Jo. de Turrecremata vid. Quetif T. I. p. 837.

Nicol. de Lyra de adventu Messiae contra Judaeos.
340a - 357a

35.

Nicolai de Lyra Tractatus de Messia, seu Probatio adventus Christi per Scripturas a judaeis receptas. Incipit: "Quaeritur utrum ex scripturis a judaeis "receptis possit efficaciter probari salvatorem nostrum "fuisse Deum et hominem". In fine: "Explicit "questio de probatione per Scripturas a judaeis recep"tas, quod mysterium Xti predictum a lege et Pro"phetis sit impletum, determinata a fratre Nico"lao de Lyra de ordine Minorum Sacrae theologiae "eximio Professore". Addita etiam sunt XIV. responsiones ad argumenta Judaeorum. Fol. 340.-357. De auctore vid. Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. V. p. 114. seq.

Jo. Gersonii de Directione Cordis.
358a - 363a

36.

Tractatus de directione cordis. Incip. "Confitebor tibi in directione cordis." Est Jo. Gersonii. Fol. 358. - 363.

Wilh. Parisiensis de plural. Benefic.
364a - 374b

37.

Wilhelmi Episcopi Parisiensis Tractatus de pluralitate Beneficiorum. Incip. "Umbram "Vehemoth sicut scriptum est XL. Job". Fol. 364. - 375. Est is Wilhelmus idem cum Guilhelmo Arverno Joudin. de Scriptor. eccles. T. 3. colum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 102.

100.;/. et cum Guilelmo Bauseti /: Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. 3. p. 130.;/. Erat Aureliacensis /: Orillac;/ arvernus, Philippi Franc. Regis medicus, insignis Theologus et Philosophus, et ab ao 1304 ad 1320 Episcopus Parisiensis, obiisse fertur anno 1349. Tractatus noster primum seorsim prodiit Argentinae 1507. De reliquis illius Scriptis fusius agit Oudinus loc. cit.

38.

Jo. Gerson. de visit. Cleri.

376a – 378b

Jo. Gersonii Tractatus de visitatione Cleri. Fol. 376. – 378. Est idem per omnia tractatus, qui supra n. 15. hujus Codicis.

39.

Tract. de celebrat. Missae.

379a – 385b

Tractatus de defectibus Missae. Incip: " Defectus Missae sunt, quando requisita ad celebrationem Missae deficiunt." Fol. 379. – 383. Authoris mihi adhuc ignoti; fortassis idem est cum Tractatu Henrici de Hassia Senioris: de modo celebrandi et recipiendi Sacram. Euchar.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 103.

Statuta Concilii Basileensis.
386a – 387b

40.

Statuta Concilii Basileensis contra Concubinatum et Simoniam, de Beneficiatis, de officio divino, et ejus ministris. Fol. 384. – 388.

Nic. de Dinkelspükel Sermo de 7. don. Spir. S.
388a – 399a

41.

Joannis de Dinkelspükel Sermo de Septem donis Spiritus Sancti. Incip: "Egredietur virga de radice Jesse et "Ex hac auctoritate". vid. Kropffium Bibl. Mellic. pag. 179. in Cod. nostro Fol. 388. – 399.

Petri de Pulcka Quæstio de glorific. Sanguinis Xti.
400a – 411a

42.

Petri de Pulcka Quæstio: Utrum Xtus omnem Sanguinem qui de corpore effluxit in eodem corpore hora resurrectionis glorificarit. – Petro de Pulcka in Ms. nostro adscribitur, sed Apfaltrer Script. Universit. Vienn. part I. p. 104. inter Scripta ejus nullam facit mentionem. – Petrus Tzech sive Tzach alias de Pulcka, a natali Austria loco, dictus, de Academia Viennensi, cujus in Concilio Constantiensi Orator extitit, sume meritus, obiit circa annum 1433. vid. Apfaltrer l. c. In cod. nostro a Fol. 400. – 411.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 104.

Jo. Gers. Centiloquium de Conceptibus. 412a – 419b	43. Centiloquium de conceptibus. Incip. "Conceptum de Virgine magnificantes." Auctor est Jo. Gersonius. Fol. 412. – 420.
Quæstio de Contractu Vendit. et emtionis. 420a – 422a	44. Duo postrema folia occupat quæstio: "An contractus venditionis et emptionis cum pacto revendendi rem pro simili pretio venditori ad tempus certum vel incertum, quod vendens et emens interposuerunt, Sit vera emptio et contractus licitus"? Quæstionis definitor mihi adhucdum ignotus. Cæterum quod Scripta Jo. Gersonii in Ms. nostro contenta attinet, uti et illa de Joanne Parvi, cuncta habentur in edit. Opp. Jo. Gersonii, Antwerp. 1706.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 49

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1743

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)